

**A**ne littoris pertimescit, sed securae de dei gratia, ventis se committit & fluctibus. Parum est hoc. Adiungit totidem alios ad nutriendum dies, nec interim turbati tot diebus infidii maris tranquillitate veretur, tantatque meritum suum naturae iam solennitate fundatū, & teneros foetus nō latibulis aliquibus abscondit aut tectis, nec includit cauernis, sed nudo & rigenti committit solo, nec defendit a frigore, sed diuino fœtu quo magis cætera despicit, tutiores fore existimat. Quid nostrum paruos suos non vestimetis tegat, tectisque abscondat? Quis nota claudat eos septis cubiculorum? Quis non ita diligenter vndique fenestras obstruat, ne qua possit aura penetrare? Merito quos tam sollicitè induimus ac fouemus, exuimus eos demetis celestis inuolucro: halycon vero quos nudos prouicit, eos diuino vestit indumento. Nec vos prætenbo mergi, quibus ab assiduitate mergendi nomen hoc hæsit, quomodo sæpe mergentes aurrarum signa colligitis, & præuidetes tempestatem futuram, prope medio reuolatis exequore, & ad litorum nota cum dolore contēditis. Quomodo etiam fulicę quę maritimo delectamini p̄fundo, refugientes postea q̄ præsenferitis commotionem maris, in vado luditis. Ipsa ardea quę paludibus inhaerere cōsuevit, notas deserit sedes, imbre quę formidans, supra nubes volat, vt procellas nubium sentire nō possit. Consideremus diuersas volucres maris, quemadmodum imminente ventorum motu ad tutiora & tunc teporis dulciora sibi stagna se conferant, atq; in abscondito terrarū sinu incognita sibi alimēta rimentur. Nocturnas autem anserum quis non miretur excubias, qui vigilas suas etiam canis assiduitate testantur? Deniq; eo etiam Romana capitolia a Gallo hoste seruauerunt. Merito illis debes Roma quod regnas. Dii tui dormiebant, & vigilabant anseres. Ideo illis diebus anseri sacrificas, non Ioui. Cedunt enim dii vestri anseribus, a quibus se sciūt esse defensos, ne & ipsi ab hoste caperentur.

De mergis.

De fulicis.

De ardea.

De anseribus.

Cur post descriptionē pisciū, de iis auiibus quę assuetæ sunt aquis, sermo successerit, & de diuersis exinde auium generibus ac differentitiis. Caput XIII.

**P**VLCHRE autem post descriptionē pisciū, de iis auiibus quę assuetæ sunt aquis, sermo successerit, quia & ipse similiter vsu natandi & munere delectatur. Vnde & prima cognatio videtur auiibus istis esse cū piscibus, quoniam natandi cōmunita quaedam videntur vtriusq; generis esse consortia. Secūda quoq; cognatio omnibus auiibus & piscibus est, eo quod volandi vsus species sit natandi. Sicut enim aquam natando piscis incidit, ita auis aerem volatu celeri secat. Atq; vtriusq; generi similiter cauda suppetit, alarūq; remigiū, vt pisces ad priora se alis subrigant, atq; ad vltiora procedant. Caudæ quoq; gubernaculo vel quo velint se facile cōuertāt, vel impetu quodā ere regione iter suū dirigant. Aues quoq; aeri volatibus suis velut auis innatant, & quasi quaedam extendunt brachia. Cauda quoq; se vel ad superiora subrigunt, vel ad inferiora demergunt. Vnde quoniam in nonnullis idem vsus & species, ideo de auius vtriusq; generis natiuitas diuina præceptione processit. Dixit enim deus: Producant aquæ reptilia animarum viuentium secundum genus, & volatilia volantia secus firmamentum cæli secundum genus. Non immerito igitur quia de aq̄nis genus vtriusq; p̄ducitur, natandi proprietates vtriusq; suppetit. Sane cum & coluber lubricus, omnesq; serpentes: (ideo enim serpedi nomē est inditum, quia non possint ambulare, sed serpere) dracones quoq; sicut modo vt pisces pleriq; sine pedibus sint, nullum auium genus pedum officio caret, quia omnibus visus e terris: & ideo pedum munere sulciuntur, quia huiusmodi ad escam quærēdam indigent mi-

nisterio. Itaq; aliæ volucres vnguibz armantur ad raptum, vt accipitres & aquilæ, quę rapinam venationis exercent: Aliæ vel ad incedendum, vel ad cibum sibi parandum vsu ministerioq; potuitur accommodo. Vnum autem nomen auiū, sed genera diuersa. Quæ quæ possit memoria aut cognitione cōprehendere? Sunt itaq; aues quæ carne vescuntur. Ideo his vngues asperis, curuatum atq; acutum os, velox volatus, quoniam rapto viuunt, vt possint facile corripere prædā quam sequuntur, prope vel ore vel vnguibz eiusferare. Sunt etiā aues quæ reperto pascuntur semine, aliæ diuerso & fortuito cibo. Est etiam diuersitas copularū, quarū gratia carent fere quę intendunt rapinis. Nam propter auiditatem prædandi, vel propter infidias explorandi, nec ipsi inter se conueniunt, & ideo declinant sui copulam. Refugit enim auaritia confortium plurimorum, deinde coniunctio plurimorum facile ipsa se proderet. His ergo auiibus nihil est copulatorium, præter iugale confortium. Ergo aquilis accipitribusq; hic vsus est vitæ. Cōtra vero palumbes, grues, sturni, corui atq; cornices, etiā turdi gaudent plurimorum connexionē. Aliæ quoq; auiū genera euchoria, quę manent in locis semper. Aliæ aduentitia, quæ obeunt regiones alias, & peracta hyeme reuertuntur. Sunt aliæ quę hyeme redeunt, ætate peregrinantur a nobis, siue quod alia hyemis tēpore ad calidiora se conferant, siue quod pleraq; rursum estatem in iis locis exigant, quæ amciora nouerunt. Turdi deniq; autumnū sine, hyemis confinio, quasi exacta ætate se referunt. Quibus nos in hospitali immantate molimur infidias, et diuerso genere nunc infida decipula decipere, nūc visco eos fallere, nunc laqueis captare cōtemdimus. Ciconiæ reditus vexillum veris attollit. Grues qui alta petunt, amāt frequenter peregrinari. Aliæ aues ad manum se subiciunt, & mensæ herili assuecunt, taquę mulcentur. Aliæ reformidant. Aliæ iisdem quibus homines domiciliis delectantur. Aliæ secretam in desertis vitā diligunt, quæ requirendi sibi visus difficultatem libertatis amore compellant. Aliæ vocibus tantum strepunt. Aliæ canoro delectantur surauiq; modulamine. Quedam ex natura, aliæ ex institutione uersarum vocum obloquuntur discrimine, vt hominem putes locutum cum locuta sit auis. Quæ dulcis merularum, q̄ expressa vox psittaci est. Sunt etiam aliæ simplices, vt columbæ. Aliæ astutæ, vt perdices, Gallus iastatior, Pavo speciosior. Sunt etiam vitæ in auiibus & operum diuersitates, vt aliæ amēt in commune consulere, & collatis viribus velut quādā curare rem publicam, & tanquam sub rege viuere. Aliæ sibi quę prospicere, imperium recusare: & si capiuntur, indigno velint exire seruitio.

A quibus auiibus exordium sequentis sermonis sumendum sit. Ac de gruibz quomodo sollicitam exercent custodiam, & volantes seruent ordinem, exemplumq; exercendæ politię præberint hominibus. De commendatione præterea status antiquæ reipublice. Et de causa atq; accusatione humane incurię. Cap. XV.



**A**uis igitur ordiamur, qui nostro vsui imitationē dederunt. In illis enim politia quædam & militia naturalis, in nobis coacta atq; seruilis. Quæ iniussu & voluntario vsu grues in nocte sollicitam exercent custodiam, dispositos vigilantes cernas, & cæteris confortibus generis quiescentibus, alię circueunt & explorant, ne qua ex parte infidiæ tententur, atq; omnem deserunt impigro sui vigore tutelam. Post vbi vigiliarum fuerit tempus impletū, perfunctā munere, in somnū se præmissio clāgore cōponit, vt excitet dormientē, cui vicem muneris traditura est. At illa volens suscipit fortē, nec vsu nostro inuita & pigrior somno renūciat, sed impigre suis excutit stratis,

De gruibz.